



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Benedictio domus novæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

ritui sancto ; & hæc benedictio maneat super hunc locum , & super habitantes in eo , nunc & semper. *Resp.* Amen. *Et aspergat aqua benedicta.*

*Alia benedictio domus novæ.*

*Vers.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**T**E Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo , & habitatoribus ejus ac rebus ; ut eam benedicere ✠ & sanctificare ✠ , ac bonis omnibus ampliare digneris : tribue eis, Domine, de rore cæli abundantiam , & , de pinguedine terræ, vitæ substantiam ; & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum, benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris hanc domum , sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac & Jacob : & , intra parietes domus istius, Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque & ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen. *Deinde aspergat aqua benedicta.*